



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXII. Ritter Balduin von Wenden und seine Frau Margarethe, Mutter Paridam`s, Anno`s und Wasmod`s von dem Knesebeck, begeben sich ihrer Rechte an den Gütern in Dülseberg, die Anno von dem Knesebeck an

...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

bonis beneferi volentes, et ne dicte domine sorores ex earum beneficio, quod fecerunt, aliquod grauamen sustineant, sed profectum, dietis sororibus immo pro tempore procuratricibus infirmarum dominarum, ex communi voluntate nostri capitali et consensu statuimus ac perpetuo assignamus dari annis singulis in festo beati martini Episcopi cum duarum marcarum lüneburgensium denariorum redditibus in villa winkelstede duos choros siliginis, vnum de nostro granario sine obstaculo, et secundum de duobus mansis in villa distorp, quos nunc colit hinricus danemari caupo, quem secundum chorum, si bono modo non possunt habere, de nostro granario secundum Chorum recipient sicut primum. Huius nostri facti stabilitatem legitimam ostendentes nostrorum munimine sigillorum, Actum anno domini M°. CCC°. XX°. primo, sequenti die omnium sanctorum.

LXII. Ritter Balduin von Wenden und seine Frau Margarethe, Mutter Paridam's, Anno's und Wasmod's von dem Kneesebeck, begeben sich ihrer Rechte an den Gütern in Dulseberg, die Anno von dem Kneesebeck an das Kloster Diesdorf verkauft, am 23. April 1322.

Nos Boldewinus de wenden, miles, et Margareta mea vxor, mater paridam, Anne et Wasmodi, fratrum, de knesebegke, honorabili viro preposito, priorisse totique Conuentui monasterii in Distorpe notum facimus et omnibus hoc scriptum visuris publice recognoscimus et protestamur, Quod Nos vobis vestroque Claustro dimittimus illa bona sita in Dulseberge, vobis vendidit et dimisit Anno de knesebegke famulus, vobis dimittimus et resignamus Cum omni iure libere possidenda. In cuius rei euidenciam presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. XXII., in die beati georgii martiris.

Nach einer vidimirten Abschrift, worin wahrscheinlich hinter dem Worte Dulseberge Mehreres ausgelassen ist.

LXIII. Heinrich, Albrecht, Ernst und Otto von Dannenberg verzichten auf alle Besitzungen zu Winkelstedt zum Vortheil des Klosters Diesdorf, am 28. Juni 1322.

Nos hinricus, albertus, Ernestus et Otto, fratres, dicti de dannenberche, omnibus, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, in omnium saluatore salutem. Recognoscimus tenore presentium protestando, quod cum consensu et vnanimi voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus ecclesie sanctimonialium in distorp omnia bona nostra, que habuimus in villa winkelstede de patrimonio nostro, videlicet vnum mansum et dimidium, vnus porci redditus de manso cum pullis et ouis et caseis et lino, cum aduocatia et omni iure, quo nos vsi fuimus in predictis bonis, in pacuis, in pratis, in aquis, in riuis, in campis, in siluis, cultis et incultis, de quibus